



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum substantia spiritualis sit composita ex materia, & forma.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

ptio sensus per virtutem ait. vnde Aug. dicit in 12. de Trin. Non possumus quidem dicere, q̄ sensum gignat res visibilis, gignit tñ formam velut similiū dinem suam, qua sit in sensu, cum aliquid vidēdo sentimus. & sic ēt intelligenda sunt omnia alia uerba Augustini his similia. quāmuis etiam fīm quendam alium modū possit intelligi, q̄ spiritus faciat formas imaginarias in seipso, in quātū diuersimodo de componēdo nouas formas imaginarias gignit, sicut phantasma aurei montis, ut supra dictum est.

**A D T E R T I U M** dicendū, q̄ uis imaginativa magis conuenit cū intellectu humano subiecto: sed quātū ad rōnem speciei plus cōuenit cū eo intellectus Angeli boni vel mali. vnde aliquo mō pōt intelligi. **E**s Angelī vel dæmonis mouere intellectū hominis, quo nō pōt ipsum mouere uis imaginativa. & tñ uis imaginativa quodammodo mouet intellectū possiblē, nō quidē uirtute sua, sed uirtute intellectus agēt. Dicit n. Philo. in 3. de anima, q̄ sicut se habēt colores ad uisum, ita se habēt phantasmata ad intellectū possiblē, unde sicut lumen dar coloribus quandam virtutem instrumentalē facient mutationem spiritualē in sensu, ita & phantasmata inquantum instrumentaliter agunt in intellectus agentis, faciunt intellectum possiblē in actu intelligibiliū specierum.

**A D Q U A R T U M** dicendū, q̄ aliter est de intellectu Angelī, & intellectu humano. Intellectus enim Angelī est sicut aliquid ens actu in genere intelligibiliū, & ideo intelligit essentiam tuam fīm seipsum, & per eam intelligit quācunque alia intelligit. Nō enim est inconueniens, q̄ per unam formam recipiat alia, sicut per superficiem recipiunt colorū, unde corpus quod semper habet superficiem, potest ab aliquo extrinseco immutari ad hoc uel illud: sed intellectus possibilis animae humanae est sicut ens omnino in potentia in genere intelligibiliū. & id nō pōt intelligere seipsum, nisi secundū quod fit actu per speciem intelligibilem.

**A D Q U I N T U M** dicendū, q̄ solus Deus docet intellectus operādō, qui est actus ēt ipsius luminis natura lis: pōt tamē uel Angelus uel dæmon uel homo docere, repräsentando intellectu suum obiectū, ut supra dictum est.

**A D S E X T U M** dicendum, q̄ intellectus potest moveri non solum ex parte intelligibiliū, sed etiam ex parte obiecti, ut dictum est.

**A D S E P T I M U M** dicendū, q̄ bonus Angelus pōt mouere intellectum hoīs ex parte luminis, nō quidē caufando lumen naturale in ipso, sed cōfortando, ut dictū est: sed tā Angelus q̄ dæmon pōt mouere intellectum hoīs ex parte speciei intelligibiliū, non quidē tāquales spēs humano intellectui ingēndō uis speciei, sed eo modo quo supra dictū est, componendo formas imaginarias. uel ēt aliqua extēriora signa adhibet, sicut ēt homo profundas conceptiones intelligibiliū quas hēt, pōt alijs notificare, explanando eas secundū quod congruit intellectui auditorum.

**A D O C T A V U M** dicendū, q̄ p̄ ipsa uera q̄ dæmon manifestat, intēdit hoīsem ad mēdiacū perducere.

Circa ex uero quicquid in contrariū obiectū, confiderandum est q̄ dæmon dī ingredi posse mentem hominis, non secundū substantiam, sed secundū effectum, inquantum. si instigat hominem ad aliqd cogitandum. Dicitur etiam quod potest uti anima sapientis ut vult, inquantum aliquando Deo per-

Amittente impedit usum rationis in homine, sicut patet in arreptijs, & haec quidem circa questiones de malo dicta sufficiant.

#### Sexdecim Questionum de Malo Finis.

**S. T H O M A E A Q U A R T U M**  
V N I C A . Q V A E S T I O,

Dē spiritualibus creaturis.

#### In undecim articulos diuisa.

¶ Primō enim queritur, Vtrum substantia spiritualis sit composita ex materia & forma.

¶ Secundo, Vtrum substantia spiritualis possit uniri corpori.

¶ Tertiō, Vtrum substantia spiritualis, quā est anima humana, vniatur corpori per medium.

¶ Quarto, Vtrum tota anima sit in qualibet parte corporis.

¶ Quintō, Vtrum aliqua substantia spiritualis crea-  
ta sit non uita corpori.

¶ Sextō, Vtrum substantia spiritualis celesti corpo-  
ri vniatur.

¶ Septimō, Vtrum substantia spiritualis corpori aereo  
vniatur.

¶ Octauō, Vtrum omnes Angelī differant specie  
ab initio.

¶ Nonō, Vtrum intellectus possibilis sit unus in om-  
nibus hominibus.

¶ Decimo, Vtrum intellectus agens sit unus om-  
nium hominum.

¶ Undecimo, Vtrum potētia anima sint idē quod  
animæ essentia.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum substantia spiritualis sit composita ex materia

& forma.

**V** A E S T I O est de spiritualibus creaturis. Et primo queritur, vtrum substantia spiritualis creata, sit composita ex materia & forma. Et videtur quod sic. Dicit enim Boet. in lib. de Trin. Forma simplex subiectum esse nō potest: sed substantia spiritualis creata est subiectum scientia & virtutis & gratiae, ergo non est forma simplex: sed nec est materia simplex, quia sic est in potentia tantum, non habens aliquam operationem. ergo est composita ex materia & forma.

¶ 2 Præt. Qualibet forma creata est limitata & finita: sed forma limitatur per materiam, ergo qualibet forma creata est forma in materia. Nulla ergo substantia creata est forma sine materia.

¶ 3 Præt. Principium mutabilitatis est materia. vnde secundum Philo. necesse est ut materia imaginetur in remota: sed substantia spiritualis creata est mutabilis: solus enim Deus naturaliter immutabilis est.

ergo substantia spiritualis creata habet materiam.

¶ 4 Præt. Aug. dicit 12. confessionum, quod Deus fecit materiam communem uisibilium & inuisibilium. Inuisibilia autem sunt substantia spiritualis, ergo substantia spiritualis habet materiam.

¶ 5 Præt. Phil. dicit in 8. Metap. quod si qua substantia est sine materia, statim est ens & unum, & nō est ei alia causa ut sit ens & unum: sed omne creatum habet causam sui esse & unitatis, ergo nullum creatū est substantia sine materia. ergo omnis substantia spiritualis creata est cōposita ex materia & forma.

¶ 6 Præt.

In lib. de Trin.  
in. ante me-  
dium lib.

In lib. de me-  
tabolibus fa-  
cere script.  
circa prince-  
lib. tom. 3.

Lib. 8. cap.  
16. tom. 3.

QVÆS. VNICA DE SPIRITAL. CREATV. ART. I.

¶ 6 Præt. Aug. dicit in lib. de questionibus veteris & noui testamenti, quod prius fuit formatum corpus Adae quam anima ei infundereatur, quia prius est necesse fieri habitatum quam habitatore introduci. comparatur enim anima ad corpus, sicut habitator ad habitandum: sed habitator est per se subsistens. Aia ergo est per se subsistens, & multo fortius Angelus: sed substantia per se subsistens non ut esse formatum, ergo substantia spiritualis creata non est forma tantum. Est ergo composita ex materia & forma.

¶ 7 Præt. Manifestum est quod anima est susceptiva contrariorum. hoc autem videtur esse proprium substantiae compositæ. ergo anima est substantia composita, & eadem ratione Angelus.

¶ 8 Præt. Forma est quo aliquid est, quicquid ergo compositum est ex quo est & quod est, est compositum ex materia & forma. Omnis autem substantia spiritualis creata composita est ex quo est & quod est, ut patet per Boet. in lib. de Hebdomadibus. ergo omnis substantia spiritualis creata, est composita ex materia & forma.

¶ 9 Præt. Duplex est communitas, una in diuinis secundum quod essentia est communis tribus personis: alia in rebus creatis, secundum quod vniuersale est commune suis inferioribus. Singulare autem videtur prima communitas, ut id, quo distinguuntur ea, quæ communicant in illo communione, non sit aliud realiter ab ipso communio, paternitas enim quo pater distinguuntur a filio, et ipsa essentia, quæ est patri & filio communis. In communitate autem vniuersali oportet quod id, quo distinguuntur ea quæ continetur sub communione sit aliud ab ipso communione. In omni ergo creato, quod continetur sub aliquo genere communio, necesse est esse compositionem eius quod communio est, & eius per quod communio ipsum restringitur. Substantia autem spiritualis creata est in aliquo genere, oportet ergo quod in substantia spirituali creata sit compositio naturæ communis, & eius per quod natura communis coartatur, hæc autem videtur esse compositione formæ & materiae.

¶ 10 Præt. Forma generis non potest esse, nisi in intellectu vel materia, sed substantia spiritualis creata, ut Angelus, est in aliquo genere. Forma ergo generis illius, vel est in intellectu tantum, vel in materia: sed si Angelus non haberet materiam, non esset in materia, ergo esset in intellectu tantum, & sic supposito quod nullus intelligeretur Angelum, sequetur quod Angelus non esset, quod est inconveniens. Oportet ergo dicere, ut videtur, quod substantia spiritualis creata sit composita ex materia & forma.

¶ 11 Præt. Si substantia spiritualis creata esset forma tantum, sequeretur quod una substantia spiritualis esset præsens alteri. Si enim unus Angelus intellegit alium, aut hoc est per essentiam Angeli intellegi, & sic oportebit quod substantia Angeli intellegi sit præsens in intellectu Angeli intelligentis ipsum: aut per speciem, & tunc idem sequitur si species per quam Angelus ab alio intelligitur, non differt ab ipsa substantia Angeli intellectu. Nec videretur posse dari in quo differat, si substantia Angeli est sine materia, sicut & eius species intelligibilis, hoc autem est inconveniens quod unus Angelus per suam substantiam sit præsens in alio: quia sola trinitas menti rationali illabitur, ergo & primū, ex quo sequitur, est inconveniens, scilicet quod substantia spiritualis creata sit immaterialis.

¶ 12 Præt. Comment. dicit in 12. Metap. quod si esset arca sine materia, idem esset cum area sine materia, est in intellectu, & sic videtur idem quod post pred. ¶ 13. Præt. Aug. dicit 7. super Gene. ad literam prædictam caro habuit materiali, terram de qua forte portat & ante quam ex ipsa natura fieri anima dicitur habere aliquam materiali prægenere spiritualem, quæ nondum esset anima, anima videtur esse composta ex materia & loco & eadem ratione Angelus.

¶ 14. Præt. Damasc. dicit quod solus Deus efficientis immaterialis est & incorporeus, non ergo substantia spiritualis creata.

¶ 15. Præt. Omnis substantia naturæ sua limitata, cum scripta, habet esse limitatum & coartatum, substantia creata est naturæ sua limitata, scripta, ergo omnis substantia creata habet esse limitatum & coartatum: sed oportet quod coartatur, ergo in qualibet substantia est aliquid coartans & aliquid coartatum, & detur esse forma & materia, ergo omnis substantia spiritualis est composita ex materia & forma.

¶ 16. Præt. Nihil enim idem agit & patitur, ut unumquodque per formam, patitur autem per primariam: sed substantia spiritualis creata ut Angelus dum illuminat inferiorem angelum, & per se luminatur a superiori, similiter in anima est actus agens & possibilis, ergo tam angelus & composita est ex materia & forma.

¶ 17. Præt. Omne quod est, aut est actus potentia pura, aut compositum ex potentia & actu, quod idem est, quod est componi ex materia & forma.

¶ 18. Præt. Plato in Timæ inducit Deum in loquentem diis creatis & dicentem, Volum maior est nexus vestro, & inducit haec sententia in lib. de ciui. Dei, Dij autem creati videtur in gelo, ergo in angelis est nexus sive complicitas.

¶ 19. Præt. In his quæ numeratur & essentiam cetera ferunt, est materia, quia materia est principium actionis sum numeri: sed substantia spiritualis est & essentialiter differet, ergo habent materialiter, sed substantia spiritualis creata patitur a ligno corporeo, ut patet per Aug. de cim. Dei, substantia spiritualis creata habent materialiter.

¶ 20. Præt. Nihil patitur a corpore nisi habet materialiter, sed substantia spiritualis creata patitur a ligno corporeo, ut patet per Aug. de cim. Dei, substantia spiritualis creata habent materialiter.

¶ 21. Præt. Boet. in li. de Vnitate & uno expicit, quod angelus est compositus ex materia & forma.

¶ 22. Præt. Boet. dicit in li. de Hebdom. quod est, aliquid aliud potest habere admittimus, esse nihil omnino aliud habet admittimus, sumus dicere de omnibus abstractis & conceptis, in hoc potest aliud aliud esse, quia humilitate, albedo vel aliud habet. Sed in ipsa humilitate non potest aliud aliud esse, nisi quod ad rationem materialis pertinet. Si ergo substantia spiritualis est abstracta, non potest in eis esse aliud, corum speciem non pertinet, sed substantia spiritualis ad spem rei corruptiuitates. Cum substantia spiritualis sit incorruptibilis, non potest substantia spiritualis creata potest amittere, erit omnino immobilia, quod est inconveniens.

¶ 23. Præt. Omne quod est in genere participationis generis. Substantia autem spiritualis est in participatione substantia, principia autem instrumenta sunt materia & forma, quod patitur.

lib. 7. cap.  
26. & lib. 7.  
com. 23.

¶ 12. Præt. Comment. dicit in 12. Metap. quod si esset ar-

*predic.  
tante in  
P.-nota*

tiū in commento predicatorum, qui dicit, quod Aristoteles reliquias extremis. si materia & forma agit de medio. sed de cōposito, dans intelligere q̄ substantia quae est pridicamentū de qua ibi agit, sit cōposita ex materia & forma, ergo substantia spiritualis creata est compōsita ex materia & forma.

¶ 24. Pr̄t. Omne quod est in genere componitur ex genere & differentia. Differentia autem sumitur a forma, genus autem a materia, ut patet in 8. Metaphys. Cum ergo substantia spiritualis sit in genere, videtur quod sit cōposita ex materia & forma.

¶ 25. Pr̄t. Id quod est primum in quolibet genere, est cā corum quae sunt post: sicut primus actus est cā omnis entis in actu. ergo eadē rōne omne illud quod est in potētia quocunq; mō, habet hoc a potētia prima, quae est potentia pura. sā prima materia. Sed aliqua potentia est in substantijs spiritualib. creatis, quia solus Deus est actus purus. ergo substantia spiritualis creata haberet hoc a materia, quod non posset esse nisi materia esset pars eius. Est ergo cōposita ex materia & forma.

Sed contra est, q̄ Diony. dicit 4.c. in prīm. de diu. nomi. de angelis q̄ sunt incorporei, & immateriales. Sed dices quod dicuntur immateriales, quia non habent materiam subiectam quantitati & transmutationi.

¶ 2. Sed contra est, quod ipse p̄mittit, quod ab inviuerā materia sunt mundi.

¶ 3. Pr̄t. Secundum Phil. in 4. Physi. locus nō quāris, nisi propter motum, & similiter nec materia quereretur, nisi pp̄ motum. Secundum ergo q̄ aliquā habent motum, secundum hoc querenda est in eis materia. vnde illa quae sunt generabilia & corruptibilia habent materia ad esse: quae aut sunt transmutabilia ē in locum, habent materiam ad ubi: sed substantia spiritualis non sunt transmutabiles secundum esse. ergo non est in eis materia ad esse, & sic non sunt compōsita ex materia & forma.

¶ 4. Pr̄t. Hugo de sancto Victore dicit super angelicam Hierar. Diony. q̄ in substantijs spiritualib. idē est quod uiuificat & quod uiuificatur: sed id quod uiuificat est forma, qd̄ aut uiuificatur, est materia. Forma n. dat esse materię, tuiuer autem uiuēibus est esse. ergo in angelis nō differt materia a forma.

¶ 5. Pr̄t. Auicen. & Algazel dicunt, q̄ substantia separata, quae spiritualis substantia dicuntur, sunt omnino a materia denudata.

¶ 6. Pr̄t. Philo. dicit in 3. de Ata, q̄ lapis non est in aia: sed sp̄s lapidis. quod uidetur esse pp̄ simplicitate anima, ut in ea materialia esse non possint. ergo aia non est compōsita ex materia & forma.

¶ 7. Pr̄t. In lib. de Causis dī q̄ intelligentia est substantia, quae nō diuiditur: sed omne qd̄ cōponitur, diuidit. ergo intelligentia nō est substantia cōposita.

¶ 8. Pr̄t. In his quae sunt sine materia, idē est intellectus, & q̄ intelligitur: sed id quod intelligitur, est forma intelligibilis omnino immaterialis. ergo substantia intelligens est absque materia.

¶ 9. Pr̄t. Aug. dicit in lib. de Trini. q̄ anima se tota intelligit. Non autem intelligit per materię, ergo materia non est aliquid eius.

¶ 10. Pr̄t. Dama. dicit quod anima est simplex. non ergo compōsita ex materia & forma.

¶ 11. Pr̄t. Spiritus rationalis magis appropinquat primo simplicissimo. o. Deo, q̄ spiritus brutalis. sed spiritus brutalis nō est compōsitus ex materia & forma. ergo multo minus spiritus rationalis.

A ¶ 12. Pr̄t. Plus appropinquat primo simplici substātia angelica, quam forma materialis: sed forma materialis non est compōsita ex materia & forma. ergo nec substantia angelica.

¶ 13. Pr̄t. Forma accidentalis est ordine dignitatis infra substantiam: sed Deus facit aliquam formam accidentalem subsistere sine materia, vt pater in fā cramento altaris. ergo fortius facit aliquam formā in genere substantiæ subsistere sine materia. & hoc maxime videtur substantia spiritualis.

¶ 14. Pr̄t. Aug. dicit 12. Confess. duo fecisti domine, vnum prope te idest substantiam angelicam, aliud prope nihil, scilicet materiam. Sic ergo materia nō est in angelo, cum contra ipsum diuidatur.

B RESPON. Dicendum, q̄ circa hanc questionem contrarie aliqui opinantur. Quidam enim afferunt substantiam spiritualē creatam, esse compōsita ex materia & forma: quidam vero hoc negant. Vnde ad huius veritatis inquisitionem, ne in ambiguo procedamus, considerandum est quid nomine materia significetur. Manifestum est enim, q̄ cum potentia & actus diuidantur, & cum quodlibet genus per actum & potentiam diuidatur, id communiter materia prima nominatur, quod est in genere substantiæ, vt potētia quādam intellecta pr̄ter omnē speciem & formā, & eritam pr̄ter priuationē. Quā tamē est suscepit & formarum & priuationum, vt patet per Aug. 12. Confess. & primo super Gen. ad literam, & per Phil. in 7. Metap. Sic autē accepta materia, quae est propria eius acceptio & communis, impossibile est q̄ materia sit in substantijs spiritualibus: licet enim in uno & eodem, quod quandoq; est in actu, quandoque in potētia, prius tempore sit potentia q̄ actus: actus tamē naturaliter est prior potētia. Illud autem quod est prius, nō dependet a posteriori, sed econverso. & ideo inuenitur aliquis p̄rus actus ab q̄: omni potentia nunquā tamen inuenitur in rerum natura potētia quae non sit perfecta per aliquem actum, & propter hoc semper in materia prima est aliqua forma. A primo autem actu p̄fecto simpliciter, qui habet in se omnem plenitudinē perfectionis, causatur esse actus in omnibus: sed tamen ē in quedam ordinem. Nullus enim actus causatus habet omnē perfectionis plenitudinē: sed respectu primi actus, oīs actus causatus est imperfectus. quanto in actu est perfectior, tanto est Deo p̄pinquer. Inter omnes autem creaturas Deo maxime appropinquant spirituales substantiæ, ut patet per Dion. 4.c. cōfess. Hierar. vnde maxime accedunt ad perfectionem primi actus, cum cōparentur ad inferiores creaturas, sicut perfectum ad imperfectū, & sicut actus ad potentiam. Nullo ergo modo hec ratio ordinis rerum habet, q̄ substantia spiritualis ad esse suum requirant materiam primam, quae est incompletissimū inter omnia entia: sed sunt longe supra totam materię, & omnia materialia eliciuntur. Hoc etiā manifestum appetit, si quis propriā operationē substantiarum spiritualium consideret. omnes n. spirituales substantiæ intellectuales sunt. Talis autē est uniuscuiusq; rei potētia, qualis reperitur p̄ se & in eo. Nam propriū actus propriam potētiam requirit: perfectio autē cuiuslibet intellectualis substantiæ, in quantum huiusmodi, est intelligibile p̄t est in intellectu. Talem igitur potentiam oportet in substantijs spiritualibus requirere, quae sit proportionata ad susceptionē formae intelligibilis. huiusmodi autem non est potentia materia prima nā materia.

Lib. 12. c. 7.  
in fine p. 1.

t. super ge-  
nel. ex c. 14.  
& 15. tom. 3.

Cap. 4. c. 6.  
Hierar.

QVÆS. VNICA DE SPIRITUAL. CREATV. ART. I.

materia prima recipit formā contrahēdo ipsam ad esse individuale. Forma vero intelligibilis est in intellectu absque hūmōi contrāctione. Sic enim intellegit intellectus vnumquodque intelligibile, fīm q̄ forma eius est in eo. Intelligit aut̄ intellectus intelligibile p̄cipue fīm naturam communē & uniuersalem. & sic forma intelligibilis in intellectu est fīm rōnem suā communitat̄. Non est ergo substantia intellectualis receptua formæ ex ratione materiae: sed magis per oppositam quandā rōnem, vnde manifstum sit, q̄ in substantijs spiritualibus illa prima materia, qua de se omni specie caret, eius pars esse non potest. Si tñ quæcumque duo se habent adiunctum, ut potentia & actus, nominetur materia & forma, nihil obstat dicere, vt non fiat vis in verbis q̄ in substantijs spiritualibus est materia & forma. Oportet enim in substantia spirituali creatâ esse duo, quorum vnum comparatur ad alterum, ut potentia ad actum, quod sic patet. Manifestum est enim, q̄ pri-mum ens, quod Deus est, est actus infinitus, vptote habens in le totam essendi plenitudinem & nō con-tractam ad aliquam naturam generis vel speciei, vñ de oportet, q̄ ipsum esse eius non sit esse quasi indi-tum alicui naturæ, qua non sit suum esse, quia sic fi-niretur ad illā naturā, vnde dicimus, q̄ Deus est ip-sum suum esse. hoc autē non potest dici de aliquo alio. Sicut enim impossibile est intelligere, q̄ sint plures albedines separata, sed si esset albedo separata ab omni subiecto & recipiente esset una tantum: ita impossibile est q̄ sit ipsum esse subsistens, nisi vnum tantum. Omne igitur quod est post primū ens, cum sit suum esse, habet esse in aliquo receptū, per quod ipsum esse contrahitur. & sic in quolibet creato aliud est natura rei, q̄ participat esse, & aliud ipsum esse participatum. & cum quilibet res partici-pere per assimilationem primū actum, inquantū habet esse, necesse est q̄ esse participatum in uno-quoque comparetur ad naturam participantem ip-sum, sicut actus ad potentiam. In natura igitur rerū corporearum materia non per se participat ipsum esse: sed per formam. forma enim aduenies materiae facit ipsam esse actū, sicut anima corpori. Vnde in rebus compositis est considerare duplē actum, & duplē potentiam. Nam primo quidem mate-ria est, vt potētia respectu formæ, & forma est actus eius, & iterum natura constituta ex materia & for-ma est ut potētia respectu ipsius esse, inquantū est suscepitua eius. Remoto igitur fundamento mate-riæ, si remaneat aliqua forma determinata naturæ per se subsistens non in materia, adhuc comparabi-tur ad suum esse, ut potētia ad actum. Non dico au-tem, ut potētiam separabilem ab actū: sed quā semper ius actus comitetur, & hoc modo natura spiri-tualis substantiæ, qua non est composita ex mate-riæ & forma, est ut potētia respectu sui esse, & sic in substantia spirituali est cōpositio potētiae & actus, & per conseq̄ens formæ & materiae, si tamen omnis potētia nominetur materia & omnis actus no-minetur forma: sed tamen hoc non est proprio di-ctum secundum communem usum nominum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ratio formæ op-ponitur rationi subiecti. Nam omnis forma inqua-tum hūmōi, est actus. Omne autem subiectum cōpa-ratur ad id, cuius est subiectum, ut potētia ad actū. Si qua ergo forma est, q̄ sit actus tantum, ut diuina essentia, illa nullo modo potest esse subiectū. & de hac Boet. loquitur. Si autē aliqua forma sit, qua se-

F cundum aliiquid sit in actu, & secundum aliiquid potentia, secundū hoc tantum erit subiectum, q̄ est in potentia. Substantiae autem formæ, sunt tamen in qua, in quantum habent esse suorum & limitantur, quia intellectus est cognoscens omnium rationem, & voluntas est amans uniuersitatem, remanet semper in intellectu & voluntate, etiam creatâ potentia ad aliiquid, quod est extra se, si quis recte considereret, substantia spiritualis inueniuntur esse subiecta nisi accidentium, quae-  
tinent ad intellectum & voluntatem.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ duplex est limi-tatio formæ. Una quidem secundum quod formæ cōlimitatur ad individuum: & talis limitatio ma-teria est per materiam. Alia vero secundum quod for-ma generis limitatur ad naturam sp̄i-ctu-ri, et ratio formæ non sit per materiam sed per ha-magis determinatam a qua sumit differentia. Substantia enim addita super genus contrahit ad speciem, & talis limitatio est in substantijs spiritualibus, secundum, q̄ quod sunt forma determi-natarum specierum.

AD TERTIUM dicendum, q̄ mutabilitas mo-venitur in substantijs spiritualibus, secundum ex-esse, sed secundum intellectum & voluntatem. spiritualis mutabilitas non est ex materia, sed ex pos-tate intellectus & voluntatis.

AD QUARTVM dicendum, q̄ non intentio dicere q̄ eadem numero sit materia & forma inuisibilium, cū ipse dicat duplē informatiōi per celū & terrā, quia dicuntur primū per celū intelligatur substantia spiritualis in formis, per terrā autem materia rerū quae in se considerata in formis est, quam carens, vnde ē: dicitur inanis & vacua, vñlis & incomposita secundū aliam literatūrā aut̄ non describitur: inane & vacuum, per quā nesciret appetere q̄ materia, qua caret omnia, non est pars substantiæ angelicæ, sed infor-mantia spiritualis est fīm q̄ nondum illa ad verbum, a quo illuminatur, quod pertinet à intellegibili. Sic ergo materia inu-nimis inuisibilium & inuisibilium nominari prout est in forme suo modo.

AD QUINTUM dicendum, q̄ Philo quādā cā agente, sed ex cā formaliter illa enim quā polita ex materia & forma, statim sunt cōser-vata, quia materia est ens in potētia & sit in actū, & forma: non tñ sequitur q̄ sit compotita ex materia & forma, quia per se subiecte p̄t compo-rita, ut potētia alia forma, vnde si alia forma subsistens, statim est ens & unum, neclam formale sibi esse: hēc rāmen causam affi- ei esse, non autem causam mouentem quip̄ ipsam de potentia p̄t: istenī in actu.

AD SEXTVM dicendum, q̄ licet aīa sit per-sistens: non tñ sequitur q̄ sit compotita ex materia & forma: quia per se subiecte p̄t compo-rita, ut potētia alia forma, vnde si alia forma subsistens, statim est ens & unum, neclam formale sibi esse: hēc rāmen causam affi- ei esse, non autem causam mouentem quip̄ ipsam de potentia p̄t: istenī in actu.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ esse suscep-tiorū est subā in potētia alia qualiter existit compotita ex materia & forma, sive in substantia aut̄ spirituali nō est subiectū compo-rita, nisi pertinentium ad voluntatem, & an-

secundum quæ est in potentia, ut ex dictis patet.

**A**d OCTAVVM dicendum, q̄ non idem est cōpo-  
ni ex qd est & quo est, & ex materia & forma, licet  
in forma possit dici quo aliquid est, n̄ in materia nō  
proprie pōtē dici quod est, cum non sit nisi in potē-  
tia: sed quod est id, quod subsistit in esse: quod  
quidem in substantijs corporeis est ipsam compo-  
nit ex materia & forma, in substantijs autem incor-  
poris est ipsa forma simplex) quo est aut, est ip-  
sum esse participat: quia in tantum vnumquodq;  
est in quantum ipso esse participat, vnde & Boet. sic  
vit. ior. ilitis vocabulis in lib. de Hebd. dicens, q̄ in a-  
lijs præter primum, non idem est quod est & esse.

**A**d NONVM dicendū, q̄ sub aliquo cōi est aliquid  
dupliciter, uno mō, sicut individuum sub specie: a-  
lio mō, sicut sp̄s sub genere. Quandoquā, igitur  
sub vna cōi specie sunt multa individua, distincio  
multorum individuorū est p̄ materia individuā q̄  
est præter naturā sp̄s: & hoc in rebus creatis. Quā-  
do vero sunt multe sp̄s sub vno genere, non opor-  
tet q̄ formæ quibus distinguuntur species adiuviāc,  
sint aliud secundum rem a forma communī gen-  
eris. Per vnam enim & eandem formam hoc indi-  
viduum collocatur in genere substantiæ, & in gene-  
re corporis, & sic usque ad specialissimam speciem.  
Si enim secundum aliquam aliam formam, hoc in-  
dividuum habeat quod sit substantia, de necessitate  
oportet quod aliae formæ superuenientes, secun-  
dum quas collocatur in inferioribus generibus &  
speciebus, sint formæ accidētales, quod ex hoc pa-  
ret. Forma enim accidentialis a substantiali differt,  
quia forma substantialis facit hoc aliquid, forma  
autem accidentialis aduenit rei, iam hoc aliquid ex-  
stenti. Si igitur prima forma per quam collocatur  
in genere, facit individuum esse hoc aliquid, om-  
nes aliae formæ aduenient individuo subsistenti in  
actu: & ita erunt formæ accidentiales. Sequeatur et  
quod per aduentum posteriorum formarum, qui-  
bus collocatur aliquid in specie specialissima vel  
subalterna, non sit generatio, neq; per subtractionē  
corruptio simpliciter: sed fm quid. Cum enim ge-  
neratio sit transformatio ad esse rei, illud simpli-  
citer generari, quod simpliciter sit ens de non en-  
te in actu, sed ente in potentia tñm. Si igitur aliquid  
fiat de præexistenti in actu non generabilis simplici-  
ter ens: sed hoc ens. & eaē ratio est de corruptio-  
ne. Est ergo dicendum, q̄ formæ rerum specie diffe-  
rentium sunt ordinatae, & una addit super alterā p-  
ficiōne: & hoc patet etiam per Philo. In 8. Meta. q̄  
dicit q̄ definitiones & species terū sunt sicut nu-  
meri, in quibus multiplicantur per additionem uni-  
tatis, cum etiam hoc per inductionē appearat gradua-  
tum species rerum multiplicari fm perfectum, &  
& imperfectū. Sic igitur per hoc excluditur positio  
Avicibron. in li. Frontis vñt, q̄ materia prima, qua  
oīno sine forma cōsiderat, primo recipit formam  
substantiæ: qua quidem suscepit in aliqua sui parte,  
super formam substantiæ, recipit aliam formam, &  
q̄ quam sit corpus, & sic deinceps usq; ad ultimā spe-  
ciem, & in illa parte in qua non recipit formam cor-  
poreā, est substantia in corporeis, cuius materia non  
subiectam quantitatē aliqui nominant materialis spiri-  
tualem. Ipsum autē materialiam perficiā per for-  
mā substantiæ, qua est subiectū quantitatē, & alio-  
rum accidētium, dicit esse clauem ad intelligendū  
substantias incorporeas. Nō enim ex hoc cōtingit  
q̄ aliquid individuum sit corpus inanimatum, &

**A**liud corpus animatum, p̄ hoc q̄ individuum aiatū ha-  
bet formā aliquā, cui substernat̄ forma substancialis  
corporis: sed q̄a hoc individuum aiatū habet for-  
mā perfectiorē, per quā habet<sup>4</sup> non solum subsiste  
re & corpus esse: sed etiam vivere: Aliud autem ha-  
bet formam imperfectiorem, per quam non attin-  
git ad vitam: sed solum ad substernere corporaliter.

**A**d x. dicēdū, q̄ forma generis, de cuius rōne  
est materia, nō pōtē esse extra intellectū, n̄ in mate-  
ria, vt forma plāta aut metalli: sed hoc genus qd est  
substantialis, nō est tale de cuius rōne sit materia, alio-  
quin non est Metaphysici, sed naturale, vnde for-  
mam huius generis, non depēdet a materia secundū  
suum esse: sed potest inveniri etiam extra materiā.

**A**d xi. dicendum, q̄ species intelligibilis quæ est  
in intellectu Angelii intelligentis, differt ab angelo  
intellecto non secundum abstractum a materia &  
materia concretum: sed sicut ens intentionale ab  
ente, quod dicit esse ratū in natura, sicut differt spe-  
cies coloris in oculo a colore, qui est in pariete.

**A**d xii. dicēdū, q̄ si arca esset sine materia p̄ se  
subsistens, esset intelligens seipsum: quia immunitas a  
materia est ratio intellectualitatis. & secundum hoc  
arcā sine materia non differet ab arca intelligibili.

**A**d xii. dicendum, q̄ Aug. inducit illud inquiren-  
do, qd pater ex hoc q̄ illam positionem improbat.

**C**ad xiii. dicēdū, q̄ solus Deus dicitur immaterialis & incorporeus: quia omnis eius simplicitati  
comparata possunt reputari quasi corpora mate-  
rialia, licet in se sint incorporea & immaterialia.

**A**d xv. dicēdū, quod est substantia spiritualis  
creata est coarctatum, & limitatum non per mate-  
riam, sed per hoc quod est receptum & participa-  
tum in natura determinatae speciei, ut dictum est.

**A**d xv. dicendum, q̄ agit & patitur substantia <sup>in corp. art.</sup>  
spiritualis creata, non secundum formam uel mate-  
riam: sed secundum quod est in actu vel potentia.

**A**d xvi. dicēdū, quod substantia spiritualis,  
nec est actus purus, nec potentia pura: sed habens  
potentiam cum actu, non tamen composita ex ma-  
teria & forma, ut ex dictis patet.

**A**d xvi. dicendum, quod Plato appellat Deos <sup>In corp. art.</sup>  
secundos, non angelos: sed corpora cœlestia.

**A**d xix. dicēdū, q̄ materia est principiū distin-  
ctionis fm numerū in eadem specie: non aut distin-  
ctionis specierum. Angeli autem non sunt multi  
numero in eadem specie: sed multitudo corunt est,  
sicut multæ naturæ specierum per se subsistentes.

**A**d xx. dicēdū, q̄ substantia spirituale non pa-  
tiuntur ab igne corporeo per modum alterationis  
materialis: sed per modum alligationis, ut August.  
dicit, unde non oportet quod habeant materialiam.

**A**d xx. dicendum, quod liber de vnitate & vno,  
non est Boetij, ut ipse stylus indicat.

**E**ad xxii. dicendum, quod forma separata in-  
quantum est actus non potest aliquid extraneum  
habere adiunctū: sed solum in quantum est in po-  
tentia, & hoc modo substantia spiritualis inquan-  
tum sunt in potentia, secundum intellectum & u-  
luntatem, recipiunt aliqua accidentia.

**A**d xxii. dicēdū, q̄ int̄io Boetij nō est dicere  
q̄ de rōne substantia qd est genus sit esse cōpositū  
ex materia & forma, cum substantia sit de cōsidera-  
tione Metaphysici non naturalis: sed intendit dice-  
re quod cum forma & materia non pertineant ad  
genus substantiae tamquam species, sola substantia  
qua est cōpositum collocatur in genere ut species.

A d

QVÆST. VNICA DE SPIRITAL. CREATV. ART. II

AD XXI. dicendum, quod in rebus compositis ex materia & forma, genus sumit a materia, & differentia a forma: ita tamen quod per materiam non intelligatur materia prima: sed secundum quod per formam recipit quoddam esse imperfectum & materiale respectu esse specifici, sicut esse animalis est imperfectum & materiale respectu hominis. Tamen illud duplex esse non est secundum aliam, & aliam formam: sed secundum unam formam quæ homini dat non solum hoc, quod est esse animal: sed hoc quod est esse hominem. Anima autem alterius animalis dat ei solù esse animal. unde animal commune non est vnum numero: sed ratione tantum, quia non ab una & eadē forma homo est animal, & asinus. Subtracta ergo materia a substantijs spiritualibus, remanebit ibi genus & differentia nō secundum materiam & formam: sed secundum quod consideratur in substantijs spiritualijs, tam id, quod est communе sibi & imperfectioribus substantijs, quam etiam id, quod est sibi proprium.

AD XXV. dicendum, quod quanto aliiquid est plus in actu tanto perfectius est, quanto autem aliiquid est plus in potentia tanto est imperfectius. Imperfetta autem a perfectis sumunt originem & non eodem modo, unde non oportet quod omne quod quocumque modo est in potentia, hoc habere a pura potencia, quae est materia. & in hoc videtur fuisse deceptus Avicebron in libro Fontis vitae, dum credit quod omne illud quod est in potentia vel subiectu, quodammodo hoc habeat ex prima materia.

ARTICULUS. ILLUS.

Vtrum substantia spiritualis posset uniti corpori.

**S**ECUNDO queritur, vtrum substantia spiritualis possit uniti corpori. Er videtur quod non. Dicit enim Dyon.: ca. de diu. nomi. quod incorporalia sunt in comprehensibilia a corporalibus: sed omnis forma comprehenditur a materia cum substantiis eius. ergo substantia spiritualis incorporeo non potest esse forma corporis.

**¶ 2 Præt.** Secundum Philoso. in lib. de Somno & vigilia, cuius est potentia eius est actio: sed operatio propria substantiæ spiritualis est intelligere, que non potest esse corporis, quia non contingit intelligere per organum corporeum, ut probatur in 3. de Anima. ergo potentia intellectiva non potest esse forma corporis. ergo neque substantia spiritualis, quia fundatur talis potentia potest esse forma corporis.

**¶ 3 Præt.** Quod aduenit alii post esse completum aduenit ei accidentaliter: sed substantia spiritualis habet in se esse substantiam. Si igitur aduenit ei corpus aduenit ei accidentaliter. non ergo potest ei uniti forma substantiis. Sed dicendum, quod anima in quantum est spiritus, est per se substantia, in quantum autem est anima, unitur ut forma.

**¶ 4** Sed contra, anima secundum essentiam suam est spiritus, aut igitur secundum suam essentiam est forma corporis, aut secundum aliiquid additum essentiae: si autem secundum aliiquid additum essentiae, cum omne illud quod aduenit alii supra essentiam suam sit accidentale, sequitur quod anima per aliquod accidens unitur corpori, & sic homo est ens per accidens, quod est inconveniens. ergo unitur ei per suam essentiam, in quantum est spiritus.

**¶ 5 Præt.** Forma non est per materiam: sed materia propter formam. unde anima non unitur corpori ut perficiatur corpus: sed magis corpus si aia est for-

Fma unitur ei propter animæ perfectionem, sed ma ad sui perfectionem non indiger corporis ne corpore possit esse & intelligere. ergo autem unitur corpori ut forma.

**¶ 6 Præt.** Vno forma & materia est natus. sed aia ad corpus non est naturalis, sed miraculosa, enim in libro de Spiritu & anima, plenum miraculo, ut tam diuersa & tam diuisa admiscerent coniungit. ergo aia non unitur corpori.

**¶ 7 Præt.** Secundum Philo. in lib. de celo, omnia unitatio est præter naturam, quicquid ergo aliqd, non unitur ei naturaliter, sed aia debeat.

**G**vnionem corporis, & quantum ad esse, quia ne pregrauat animam (vt dicitur in lude Spaniæ anima) & quantum ad operationem, quia ne se cognoscere, nisi retrahendo se ab omnibus rebus nexibus, ut in eodem lib. dicitur, ergo unitus ad corpus non est naturalis, & sic idem quod.

**¶ 8 Præt.** Commen. dicit in 8. Metaph. c. 10. est in potentia sit actu, hoc non fit per aliqd, sed cum aia unius corpori additur corpori extrinsecus, quia aia creatur a Deo & corpori datur, ergo anima non est actus seu forma.

**¶ 9 Præt.** Forma educitur de potentia materiali substantia spiritualis non potest educi de potentia corporalis. ergo substantia spiritualis potest uniti corpori ut forma.

**¶ 10 Præt.** Maior est conuenientia spiritualis cum quam spiritus ad corpus: sed spiritualis esse forma alterius spiritus. ergo neque spiritualis potest esse forma corporis.

**¶ 11 Præt.** Aug. dicit quod anima & angelus nostra paries, officio disparens: sed angelus noster de forma corporis, ergo neque anima.

**¶ 12 Præt.** Boe. dicit in 1. de duab. naturali, vnumquodque informans specifica differentia, & specifica differentia aia, & angelus. Nam ergo eadem est natura, & sic idem quod prius.

**I** **¶ 13 Præt.** Aia eodem modo se habet ad alios, quia est tota in toto & tota in qualibet substantia spiritualis, quia est intellectus, nullus corporis est actus, ut dicitur in 3. de anima, substantia spiritualis non est forma, tunc enim.

**¶ 14 Præt.** Forma naturalis existens in corpora extra corpus: sed aia existens in corpora, non extra corpus. Dicitur in concilio Aquilie mulieribus, quae purantur ad Diana de nocte, aduenit i spiritu quod putat se in corpore pati, spiritus coru extra corpus operat. Non ergo unita spiritualis unitur corpori, ut forma naturalis.

**¶ 15 Præt.** In 1. de articulis fidei dicitur, Neque in materia, neque in materia sine forma subiectu: sed corpus est subiectu aliquorum, ergo corpus non est materia sine forma.

**K** **¶ 16 Præt.** Substantia spiritualis aduenit ei ut forma, sequitur forma erunt in uno & eodem, quod est immutabile.

**¶ 17 Præt.** Corruptibile & incorruptibile in genere: nec aliiquid de eis de vniuersitate, sed de diversitate, & Cömunitate eius in 10. Metaph. plus ergo corruptibile & incorruptibile quod dicitur contraria species vniuersitatis: sed unius contrarietas nec esse potest forma alterius. Bona dicitur contrarietas non unita aliud ad eum, exceptio spiritualis, cum sit incorruptibilis, non unita corruptibile ad eum, & ita non est forma.

**¶ 18 Præt.** Quicquid unitur alteri per idem.